



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Carolus V. n. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

CLASSIS I.

AB IMPERATORIBVS.

1. **A** CAROLO V. Inuidiosissimo Cesare qui cum à B. Borgia Societas à
Carolo V.
stimata. inuiseretur, & calumnias aduersus Societatem sparsas ab eo manifeste refutatas videret, sensim contra delatores accensus, militari illo recalescente spiritu, fronte sibi manu repente percussa exclamauit: Ergo mihi mentiuntur? Alia multa de secessu suo, vitæque asperitate disseruit cum Borgia Cesare, eumque post tres dies abeuntem iussit sepe ad se redire: dictuque facile non est, quantam hæc Caroli humanitas vulgo cognita, & sermonibus celebrata serenitatem & laudem rebus Societatis attulerit. Ita Par. 2. Hist. Societ. lib. 1. num. 115. Et postea, eundem Borgiam Sanctissimum in Testamento sui Procuratoribus Cesare idem scripsit. Quam rem pro magna commendatione, & Borgiæ & Societatis fama celebravit. Sic ibidem lib. 2. num. 134. Qui tandem Imperator benignissimus, Se Cui se ad-
iutorem
pollicetur. Societatis Adiutorem futurum, eidem B. Borgiæ inter alia multa promisit, ut refertur in Eius Vita per P. Eusebium scripta lib. 2. cap. 19.

2. **A** FERDINANDO I. Cuius benignitas in Societatem tanta Pecunijs,
& fauori-
bus aucta à
Ferdinan-
do. fuit, ut cum in Styriam iter haberet, priusquam Vienna discederet, Collegij nostri memor, certa pecuniæ Summa ei quotannis nulla interiecta mora numeraretur suis administris, & ijs qui à Consilijs erant graui oratione mandauit. Viennam mox reuersus, cum cognouisset desiderari Collegio ad Sacerdotales amictus, arasque conuestiendas suppellectilem Sacre Vestis, eam sane lautam atque magnificam dono misit. Interiecto dierum spatio tota fere cum Curia Collegium ipsum, haud obscura suæ erga nos voluntatis, humanitatisque significatione conuisit; domum comiter intrauit, & vniuersam inspexit; suis illico sumptibus muniendam, & concinnandam curauit. Ita Par. 1. Hist. Societ. lib. 11. num. 42. Cuius etiam Imperatoris, tunc Regis Romanorum in Societatem tanta pietas, & liberalitas,

Nō

ut